Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

confitebor illi · salutare vultus
mei · et deus meus ps ad laudes
Iudica me deus et discerne
causam meam de gente non
sancta · ab homine iniquo
et doloso eripe me Quia tu
es deus fortitudo mea · quare
me repulisti et quare tristis
incedo · dum affligit me inimi
cus? Emitte lucem tuam et
veritatem tuam · ipsa me deduxerit
et adduxerunt in montem sanctum
tuum · et in tabernacula tua Et
introibo ad altare dei · ad deum
qui letificat iuventutem meam
Confitebor tibi in cithara
deus deus meus · quare tristis
es anima mea · et quare conturbas
me Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi · salutare vultus
mei et deus meus Gloria patri
Sana animam meam quia peccavi
Deus auribus ps tibi
nostris audivimus · pres
titerunt nobis et
Opus quod operatus es in
diebus eorum · et in diebus antiquis
Manus tua gentes dis
sipavit et plantasti eos · affli
xisti populos et expulisti eos
Non enim in gladio suo possiderunt terram · et brachium eorum non
salvaverunt eos Sed dextera
tua et brachium tuum et illuminatio
nem vultus tui · quoniam complacuisti in
eis Tu es ipse rex meus et deus
meus · qui mandas salutes
iacob In te inimicos nostros
ventilabimus cornu · et in nomine
tuo spernemus insurgentes in
nobis Non enim in arcu meo
sperabo · et gladius meus non sal
vabit me Salvasti enim nos
de affligentibus nos · et odientes
nos confudisti In deo laudabi
mur tota die · et in nomine tuo con
fitebimur in secula Nunc autem
repulisti et confudisti nos · et
non egredieris deus in virtu
tibus nostris Avertisti nos re
trorsum post inimicos nostros
et qui oderunt nos diripiebant
sibi Dedisti nos tanquam oves
escarum · et in gentibus dispersisti
nos Vendidisti populum
tuum sine pretio · et non fuit mul
titudo in commutationibus eorum
Posuisti nos opprobrium
vicinis nostris · subsannationem
et derisum his qui sunt in circu
itu nostro Posuisti nos in
similitudinem gentibus · commotionem